Obiicit 4°: assensus fidei non est fides per extra denominationem: quod non presupponit Authoritatem Dei moventem formaliter actum illum, est in imo potius includit ipsa intrinsece motionem intentionalem Authoritatis Dei. Respondeo in mei sensu argumentum vim non habere, qui docui in loco actum conclusionis ex se essentialiter esse conclusionem quamvis non attingat formaliter obiectum formale premissarum. Ita in presenti assero assensum fidei circa Incarnationem esse essentialiter conclusionem deductam ex precognitione Authoritatis, quamvis non attingat, ut saepe non attingit obiectum premissarum antecedentis. Ratio a priori est: quia conclusio se ipsa est actio fluens ab principio, cuius autem prius conclusionis, non sit solus intrinsece, sed inde est instructus precognitione Authoritatis, hinc est, quod conclusio se ipsa essentialiter dependet a priori, ab inde instructo per cognitionem Authoritatis; et per hunc essentialem ordinem, et dependentiam a priori a precognitione Authoritatis revelantis, se habet intrinsece essentialiter actus fidei quamvis non attingat, ut quandoque non attingit Authoritatem formaliter.

Sectio 7ª
Instantibus adhuc adversariis fit satis.

Obiicit 5°: Discursus omnis fundatur in connexione antecedentis cum consequenti, atque adeo conclusio precedit cognitio de bonitate illius, hec autem cognitio fundatur in illo principio, quae sunt eadem uni tertio, sunt idem inter se, quando premisse sunt affirmative: ergo negatur assensus fidei haberi per discursum formalem. Probatur consequentia: quia assensus fidei circa Incarnationem nequit fundari in illo principio naturaliter evidenti, sive logico, sive metaphysico. Assumptum probatur dupliciter. 1°: quia assensus circa Incarnationem, est certior omni assensu naturali ergo nequit fundari in illo principio naturali cognito quaecumque sunt eadem etc. Probatur 2°: quia assensus duo fidei nequeunt inter se differre in obiecto formali motivo, ac tales sunt assensus fidei, qui non fundantur tamquam in motivo formali in illo principio, et alius est qui in illo fundetur: Probatur consequentia: quia non [illegible] [illegible] vel alius non referent, darentur duo assensus fidei

Ergo

Ptio 2. Recta in lege Solutionis placet aliqua prenotare

1° sit non esse narium pro fide syllm. sufficere enthymema. Pr: sufficit Unica cognitio proponens Authoritatis revelantis, ut moveat intellectus ad assensum vel dtem: ergo non e narius syllus, qui constet duab, premissis in forma dispositis. Et 2. Secundum sit: pro omni discursu, sive sylo, sive enthymate, requiri cognitionem de bonitate illationis. Pr: quia prior veras cognita non trahit int. in assensum alterius, nisi prior cognoscatur connexa inre cum posteriori. 3. sit: logicam tradere regulas et precepta ad dignoscendam bonitatem illois ex vi forme, sive dispositionis terminorum, quas probare et confirmare solet ex illis premissis, que dicuntur prima, scilicet: que sunt eadem uni 3° sunt eadem inter se, pro syllis affirmativis; que sunt disita ab uno 3° eodem, pro syllis negativis. 4. sit: posse tamen cognosci connexionem huius obti cum alio absque regulis logice, quam vocamus illoem ex vi materie. Pr: quia homines plures, qui logicam nec a limine salutarunt, sciunt solem connecti cum luce, et ignem cum calore, cuius materialis connexionis notitia sufficit ut ex sole arguant lucem, et igne calorem.

His prenotatis ad argum dico, non requiri pro discursu formali fidei cognem de bonitate illois directa regulis loge, sed sufficere cognitionem illam de bonitate illois, que involvitur in expresso conceptu Authoritatis Dei infallis, qui enim expresse concipit Authoritatem Dei indicendo, ut infallibilem, expresse concipit testimonium Dei esse non posse sine obto dicto, et hec notitia e sufficiens cognitio de bonitate illois. Pr: nam cognitio sufficiens de bonitate illois. e, que proposito obto esse exse connexum alio, sed hec connexio e obiectiva illationis; atqui expressus conceptus Authoritatis Dei infallibiliter revelantis Incarnationem proponit Authoritatem Dei revelantis Incarnationem esse narium connexam cum Incarnatione: ergo conceptus ille expressus Authoritatis Dei revelantis infalliter Incarnationem e sufficiens cognitio de bona illatione intercedente ab obto formali fidei ad materiale: ergo ut discursus fiat discursus ab obto formali fidei ad materiale, non e naria cognitio fundata in illis primis methis, nec directa cum regulis loge. Contra arguit.

Obiicies 6°: Iudicium credibile est Authoritatis revelantis et Incarnationem e iudicium causiens duobus [illegible] obiectis, alteri Authoritati revelanti, [illegible] versanti.

qo é discursus virtis, nam discursus virtis solum intelligitur ille actus qui ratione prosequuntur cum sit vnus, dictis ratione. Reddo illud iudicium prosequuntur dictis ratione assensibus, quorum alter non caret ab altero, non tamen prosequuntur dictis ratione, quorum alter caret ab alio: nulla enim est frustra in illo iudicio indistincto, quod sit causalitas vnius, fractionis indistinctam, vt tum foret discursus virtis, nam est non solum prosequitur dictis, sed etiam causati quia in discursu formali vnus assensus caret alium: quod si adhuc velis discursum virtualem istum esse in eo prius, quod assensus in illis ratione prosequeat dictis, concedo libenter posita discursus virtis. nobis vtique sufficere ad fidem. Enimvero ex conceptu fidei requiritur assensus dependens a priori ab Authoritate intentionali movente, quae dependentia in discursu virtuali non salvatur ex predictis doctrinis.

Replicas: Iudicium illud indistinctum prosequitur discursum formalem quia si duo formaliter in illo reperiuntur, discurrerent formaliter, vna caret altera, et esset ro agnitio ratione alterius. Sed eodem iure te posse asserere amorem boni esse assensum virtualem, quia si ille amor esset actus intellectus, esset assensus, et non dissensus. Et visionem corporeae lucis esse virtualem amorem, quia si visio esset actus voluntatis, esset amor lucis, et non odium. Plura impugnavi alibi mas in pro productione virtus in contro. s. de Trinitate disp. 2. et in controversia 2. disp. 9. Et contro s. de voluntate disp. 2.

Obiiciendum: si actus fidei esset Deo non attingens immediate obiectum premissarum, non esset virtus theologica, siquidem non attingeret immediate veritatem summam. Huic argumento soluta respondi supra, scilicet fidem esse virtutem theologicam quia virtus attingit Deum veritatem summam, quatenus est ratio intrinsece qua illa velit Deum praecognitum. Nec est necessarium, quod ipsa fides immediate attingat formalis assensus quam Dei Authoritatem. Ita Pater Suarez, apud quem 3. p. 4. 3. d. 8. s. 8. sibi discursu in fine ita scripsit: qui credit articulum fidei ut revelatum a Deo, non semper actu credit Deum esse summe verum. Dominicus Vanes hic. q. 1. art. 1. q. 4. asserit non esse necessarium cum fidelis credit, vt cognoscat rationem credendi. Ita similiter aliqui quod dicunt, in actuali membro Authoritatis Dei revelantis ... assuetis Mysteriis creditis, ... etiam quo-
[illegible] ... quae occurrunt credenda.

Disp.

Disputatio

de Certitudine Fidei D.

Sectio 1.a

Quid sit certitudo assus intualis?

Duo nobis in presenti prestanda sunt, 1.m discutere quid sit certitudo? 2.m quenam sit certitudo fidei? hoc autem 2.m dubium adhuc in alia duo dissecabimus. 1.m quae certitudo sit naria et essentialis assus fidei D. supernalis? 2.m quae certitudo possit competere assui fidei D. supernalis, quamvis non sit essentialis fidei D. supernali ex conceptu formalissimo fidei D. supernalis. Sicut alia est vita, quae essentialiter convenit animali, ex conceptu formalissimo animalis, alia est vita, quae competere potest animali, quamvis non sit ei essentialis, et formaliter in conceptu animalis. Vita sentiens est de conceptu quidditativo animalis, et naria pro constituendo animali, vita rationalis potest animali competere, sed non est de illius conceptu formalissimo, quia est animal rationale, itaque aliqua est certitudo essentialis fidei supernali petita ex conceptu quidditativo fidei supernalis, alia certitudo est, quae convenire potest fidei supernali, quamvis ex conceptu formalissimo fidei supernalis non sit naria.

Longissimum esset ex professo referre, quae Authores circa certitudinem fidei D. disputaverint, et in quas abierint solo nomine discrepantes sententias: nostri Auditores in 1.s legant D. Thomam in hac 2.a 2.e q. 4. art. 8. Postquam vide P. Suarez d. 6. de fide s. 5. P. Vasquez 1. p. q. 1. art. 5. Cardin. de Lugo. d. 6. de fide. P. Ripalda de fide d. 11. P. Amicum de fide d. 12. P. Coninc disp. 14. dub. 4. P. Meratium. t. 2. d. 12. de fide. P. Gasp. Hurtad. d. 4 de fide. diff. 6. P. Arriag. d. 3 sect. 4. P. Tann. q. 6. n. 58. P. Granad. Contro. 1. de fide. tt. 12. d. 4. Dominic. Banez ad q. 49. D. Thome.

Supposito ab aliquibus presertim antiquioribus excogitatum fuisse, quandam certitudinem, quae vocari posset [illegible] dehora, et mali [illegible] innecessitate sibi quid aliud [illegible] quae [illegible] antiquiori [illegible] veritas. [illegible]

quod ita e, ut aliter n possit esse, hoc e narly. obj incerth, quod ita e ut aliter esse possit, hoc e 9gens. Ita videtur loqui D. Thom. hic art. 8. Utrum, ait, intellectus dun sit certa 9gentia scilicet prudentia et ars, quibus prefertur fides in certitudine. roe sapiens, qua e de aeternis que non 9ingit aliter se here: de hac certitudine in presenti parum nobis curandum e, quia certitudine formalem actus intus proprius inquirimus, contingit aut actum esse incerth cca narla, et actum esse omnino certum cca 9gentia de subsista absuta Dei non sumus certi, cum tn illa sasit narla sit. Et de cursu Pri, quem videmus sumus certi, cum 9gens sit. Addo quod etiam fides D. versat cca 9gentia, que possit aliter se here: sic ad D. credimus peccatum Adami, incarnationem Verbi. etc.

Pro explicanda ergo certitudine formali, que inest actui intus, assero certitudinem formalem actus a obto et simpliciter dictam esse intus, et essentialiter determinationem actus ad verum ortam ex proprio essentialiter determinato ad verum. Unde ex hac certitudine actus infert infallibiliter objectum ita esse in re; nec enim objectum falsum per hanc certitudinem attingit. Id pt in certitudine nali, que semper fere semper associat evidentiam. actus evidens e oio certus, quia essentialiter connectitur cum obto vere in re existenti, ut ab ipso requirat, et oritur a proprio determinato ad verum. Nam si loquamur de actu evidenti separato vel discursu demonstrativo, experimur eiusdem actum oriri a principio intellectus simul cum premissis evidentibus: intus aut instructum premissis evidentibus, et cognitione evidente de bonitate illorum, e prsus omnino determinatum essentialiter ad 9 verum. Si aut loquamur de actu immediato evidenti, ille procedit a principio intus instructo aprehensionibus evidentibus extremorum, que determinant intus essentialiter ad assensum verum.

Dixi certitudinem esse determinationem actus ad verum provenientem a proprio determinato ad verum, quia fortassis actus tendens in objectum narlum, quod vocant Dialectici preteritum veritatis, ex se essentialiter habet attingere objectum verum. Nihilominus, quamvis hoc ita sit, quod falsum existimo, actu tenens nario e prorsus, cum accidens necessitas sit, nihilominus non erit certus actus ille, qui essentialiter fert ad objectum narlum, nisi procedat a seipso essentialiter a proprio determinato ad verum. Unde si tunc actum in Deo e subsistit absolute ferat ad objectum narlum in se, n ideo erit falsus, actus formales, quia n procedit a proprio determinato ad verum; omnia enim ... [illegible] ... est cum falsa obto, intus vel per primi... [illegible] ... aprehensiones. Tpei etc.

Z.

quod ulterius ostenditur: actus tendens in verum est exigentia potentiae ordinatae certus: at haec certitudo non extendat in obiectum naturaliter: ergo certitudo actus eius actus ex exigentia et actus ex naturalitate non consistit formaliter in tendentia ad obiectum naturaliter, sed in eo quod virtute conveniat ut explanatur a priori destinato ad verum.

Advertendum est 1° hanc certitudinem convenire efficienter a priori in actum non formaliter. Vel certitudo actus est essentialis actui, atque a deo actus certus a seipso formaliter, sive in genere causae formalis est certus, et essentialiter addictus ad ultimandum certo in veritate obiectum. Advertendum est 2° hanc certitudinem indefectibilitatis a vero, non solum esse certitudinem actus quoad se, sed etiam certitudinem actus quoad subiectum, sive ut aliter loquar, quod actus certus certitudine praedicta non solum actum attingere verum indefectibiliter, sed etiam denotari intellectum attingentem obiectum indefectibiliter a vero. In quo conveniet omnino cum Durando, quia sexcit non posse actum certum in se, non reddere subiectum certum in quo est.

Sectio 2ª

Explanatur quid sit, et an sit propriè certitudo certitudo adhesiva?

Ultra certitudinem explanatam est alia proprietas actus intellectualis quae vocari solet certitudo ab Authoribus, et est firma intellectus adhesio ad obiectum, vocaturque certitudo adhesiva. Haec autem certitudo, et distincta illa a certitudine indefectibilitatis a vero, quam praecedenti sectione explicuimus, aperte discernetur, si videantur extrema opposita quae excludunt una, et altera certitudo. Prior excludit falsitatem, est enim actui essentialis destinatio et addictio intellectus ad verum ut supra explanatum. 2ª vero certitudo excludit omnem dubium, formidinem, et vacillationem intellectus, quae dubitatio explanari solet his verbis, fortassis fallor. Ac vero dubitant Doctores an haec firma adhesio intellectus in assentiendo alicui obiecto, sit vera certitudo?

Plures negant: quia cum illa firmitate assensus componitur falsitas: ergo non est propriè certitudo. Probatur consequentia. Certè esse possumus de obiecto falso: firmiter adhaerere possumus obiecto falso: ergo firmiter adhaerens non est certus. Ita P. Suarez, Tannerus, et alii citati. Oppositum alii Doctores tuentur asserentes firmum ...

alteri esse proprie certitud. quamvis obj. falsum sit. Ita expresse P.
Caso. Hurtado. et Arriag. supra citati. Alii dicunt certitud. adhesionis
n. semp. sed quandoq. esse proprie certitud. tunc scilicet quando intus
dictat ad unam part. contradictionis credendo, absq. ulla formid. et dummodo
obj. verum sit, cui ita dictate assentit. Ita Dominicus Banes et alii sup.
citati. Ratio: quia plerumq. hereticus in suo errore firmior est, quam Catho-
licus in veritate, quam credit, nec tamen hereticus est certior de obto. quod per
errorem credit, quam Catholicus, qui verum a Deo revelatum credit: ergo firmitas
adhesionis, nisi associetur veritati obti. cui prebet firmum assum. non est
proprie certitudo

Pro decissione huius dubii, distinguenda est duplex firmitas
assus. Alia est pure intellectualis et rationalis orta sufficienter a motivis suaden-
tibus intelli. dictatam veritatem assus unius partis contradictionis. Alia est firmi-
tas assus orta pure ex imperio extrinseco voluntatis, non enim dubitari potest, quin
voluntas plurimum imperii habeat in rebus obscuris in assus intellectuales, potest enim
imperare simpliciter assum, et exclusivum dubitationis. Hac distinctione suposita, assero
firmitatem priorem intellectualem esse vere et proprie certitud. Illam vero firmitatem extrinsecam, et
voluntatis non esse certitud. absolute dictam, quando voluntas irrationaliter imperat intellectui ex
clusionem formidinis. posse tamen satis in larga usurpatione vocis vocari certitud., quando
voluntas rationabiliter et prudenter ... imperat intellectui, ut prestet assum uni dictatae
contradictionis parti. ut omnem omnino a se abiiciat dubitationem.

Prior pars nostri assumpti probatur: quia negari non potest etiam in rebus
obscuris dictari intellectum a scripto ... omni subiecto ... voluntatis imperio
dubii ex suis motivis ad unam partem contradictionis, ut quamvis voluntas im-
peret dubitationem intellectui, sit impotens illi obedire. Ut deponant contra
hominem ... testes, et ... testes seculares ... homicidium
... retrasse. Nulla apparet ratio contra hanc testium depositionem. In-
dubitatum est manifesta experientia in hoc casu ita esse ... proposita per
dicto motivo intellectus iudicis ad assum ... hanc contradictionis a ...
dictatum. Petrus occidit hominem. ut quamvis data opera vellet dubitare, ...
... posset. ... non licet iudex esse certus de homicidio
a Petro ... quia ex decisione unius

tamen

tam; testis, quandoq; fide indigni, qui odio habet Petrum, credit Petrum commisisse homicidium; sed potius temerarius judex dicendus est, quam certus de homicidio commisso: quoniam standa firmas assensus proveniens ab imperio voluntatis supra merita motivi suadentis assensum, non est dicenda certitudo, cum dici possit apte vocabulo certitudinis, quod est temeritas ... pertinacia ... obstinatio.

Hinc patet 1°. certitudinem assensus adhaesivam posse separari a veritate assensus. Nam certitudo est firma intensio adhaesionis, ita ex vi totalis motivi suadentis assensum. Motivum enim ... talis est, ut non solum deberet inclinare ad assensum, sed etiam cogat abiicere omnem dubitationem: atqui tale motivum nihil est dictamen adversitatis ... movet: ergo motivum inducens certitudinem adhaesivam adhuc est compossibile cum falsitate ... Minor patet in casu supra exarato: testimonium enim illorum centum virorum, nec reddit rem dictam physice, aut metaphysice, ... nec falsitatem homicidii physice, aut metaphysice adhuc stante motivo impossibilem esse, immo potest cum illo motivo stare falsitas assensus: ergo certitudo proprie dicta pro ... assensus, potest ... cum falsitate assensus. ... quamvis haec ita sit, haereticus non esse certus de suis erroribus, etiam quos firma adhaesione credit abiecta omni formidine, quia firma adhaesio haeretici tantum oritur ab imperio voluntatis irrationalis, et imprudenter ultra merita motivi intentionalis. Unde potius est dicenda pertinacia, sicut imperium voluntatis in homine fideli excludens dubitationem potius est dicendum constantia in fide, quam certitudo.

Sectio 3a

Certitudo indefectibilitatis a vero convenit essentialiter fidei.

Sit sa conclusio: fides supernaturalis qua talis, est essentialiter certa ... et similiter, est enim certa certitudine indefectibilitatis nobis a vero ... conclusio: fides supernaturalis, qua talis essentialiter oritur a principio essentiali ... adversarum: ergo est essentialiter certa certitudine indefectibilitatis a vero. Patet ... ex nostra traditione Sect. ... Antecedens probatur: fides supernaturalis, qua talis, ... oritur ... supponitur elevata per ... supernaturali effective ... moventem ad assensum: ergo essentialiter oritur a ...

supponit excedit doctrinam fidei naturalis. Consequentia probatur: actus fidei elevatus principio supernaturali et motus immediate a Spiritu Sancto illuminante ad actum credendi, id est principium essentialiter includens dictationem adversam nequit sine auxilio speciali Dei, et motu D. Spiritus specialiter excitare ad credendum rem falsam, nec intrinsece elevari ab ipso principio supernaturali. Quia enim Deus quatenus principia supernaturalia est speciale Author assensus adquem movet, nequit movere, et inducere falsum, alias erit specialis Author erroris: supponit ergo essentialiter actus supernaturalis fidei principium essentialiter dictans adversum, siquidem essentialiter supponit Deum quatenus principium sui Authorem particularem sui.

Ideo opposita communiter probatur a Doctoribus ex objecto motivo fidei D. In hunc modum: assensus ille omnino certus, et indefectibilis, qui innititur motivo indefectibili, scilicet veritati Dei: ergo assensus fidei D. est indefectibilis veritatis, et certus. Ego quidem hac ratione non utor, quia illa ut iacet nisi plura, quae desiderantur, specialiter supplicant intentionem plene non probat de omni assensu fidei supernali. Ideo ergo profero, quod prima predictam rationem occurrat.

Ideo fides naturalis et aquisita est possibilis, et de facto datur innitens testimonio D. infalibili, nec tamen fides naturalis et aquisita est absolute certa: quod quia nullum objectum motivum et precise spectatum secundum se potest refundere certitudinem in actum ad quem movet. Assumptum probo est mihi notum, et nequit a nullo dialectico negari: quia objectum motivum quodcunque potest cognosci solum probabiliter: atsi probabiliter solum proponatur, movet ad actum tantum probabilem et incertum, quantum est ex se et ex vi suae motionis: ergo nullum motivum secundum se consideratum potest inducere in actum certum, siquidem ex se quoque potest ad certum, et ad incertum, sicut quoque potest ad obscurum, et evidentem. Hinc est, quod idem motivum cognitum ab Angelo evidenter trahit Angelum in cognitionem evidentem, et certam, cognitum tamen ab homine obscure probabiliter (secluso alio principio elevante ad assensum certum) trahit hominem in cognitionem incertam, et defectibilem a vero. Ergo hic discursus: quae premissae excludentes a se dictionem rationalis, excludunt conclusionem dictionis sive mediatam D. excludunt dictionem rationalis: quod est mediatam: potest fieri ab Angelo et ab homine. Premisso autem solum evidenter Angelo cognitae, deducunt demonstrationem, ab homine vero cognitae [illegible], excludunt D. probabilem, et

Quia

Ry: ut obj motivum inducat in obj certit; debet ipsum cogni cogni certa. Atqui ergo ut assus fidei a suo motivo deducat certitudinem debet inniti motivo suo scilicet veriti revelanti, ut certo cognito. Nego go ti: unde sit certa premissa, que ponit revelonem? n dices apud me esse certam quia innititur veriti, quod enim Deus sit summe veras, non e motivum: Deum Deum revelasse Incarnonem: ergo premissa fidei ponens revelonem, ut inducat certitudinem assus circa Incarnonem, debet esse certa: at non e certa ex summa veritate cui nititur: ergo aliud prius debes assignare, ex quo probes certitudinem premisse ponentis revelonem. hoc prius e habitus, auxilium, Illustro D. Spus S.ti ab hoc go codempto, a quo nativo pendet certitudinem assus circa revelonem deducimus nos etiam mme certitudinem ipsius fidei circa Incarnonem.

Hec si bene calleas, ... essentia fidei, qui sustentat sua certitudine ab obto motivo certo, et indefectibili cognito: pt hec ppo: quia assus e certus, quatenus dilit oritur a prio essentialiter ... : at intus instructus dupli premissa certa ponente Authoritatem, et revelonem D. e prius essentialiter dictam ad assum verum circa Incarnonem: ergo ideo elicitur ... se ab intus instructo clusdi premissis, et essentialiter suppt premissas certo attingentes Deum revelantem Incarnonem esse in corpore. ideo erit certa, quamvis ... nullum aliud prius supernale presupponeret dictante ... ad verum. Pt 2o: fidem, quam adhibemus Mysterijs a Deo revelatis, et propositis ab ecclesia, esse certam, non solum a prio supernali efficiente, sed etiam ab obto motivo certo cognito. Pt hec ppo ex dictis: quia assus fidei, quem prebemus Mysterijs propositis ab ecclesia ... se suppt premissas supernales certas: certo q attingentes D... authoritatem, et revelonem. Pt 3o. nam assus aliquis e fidei qui innititur revelonem falsam: at revelo falsa nequit certo cognosci: ergo assus e fidei, qui n supponat premissas certas.

D. C.

Obies: fere omnes Patres probare certitudinem nre fidei ex motivo infallibili, cui nititur, hoc e ex veritate summe revelante. Ideo Patres loqui de assu fidei, quem prestamus Mysterijs vere a Deo revelatis: et propositis ab ecclesia, non autem loquuntur de omni assu proprio fidei, ... fundes ... late. ut supra dixi. Preterea Patres ... de prestantia fidei Di. supra sumus. nam fidei huma ... esse falsam, quamvis ... authoris ...

vere aut dicto hoiis vere exenti, aut aliquid sit pollis falsitas in dicto cuius quod hoiis, quamvis fides illi prestita nitatur dicto vere exenti, adhuc illius veritatem periclitat. Hoc periculum omne abest a fide D. Jeni verum attingat semel Dei testimonium, eo ipso illa erit infallibiliter vera, quia testimonium est infallibile. Nonaut dolent Patres omnem actum eodem fidei quam inechi cum exa. D. testimonij, cui innititur tamquam motivo finali. Unde diximus supra Authoritatem infallibilem refundere aliquam certitudinem quae sit certitudo. Secundum quid in assum fidei quatenus Authoritas infallibilis talis est, ut si actus fidei nostre semel attingat ipsius dictum, quod vere sit a Deo dictum, non possit non attingere veritatem.

Sectio 4a.

Certitudo adhessiva, venit fidei est naturalis.

Sit 2a: non est naturalis fidei supernaturalis certitudo adhesiva, hoc est firmitas intus cc dubii credentis excludens omnem formidinem, potest enim dari fides posita cum aliqua formidine saltem involuntaria et indeliberata. Probatur Authoritate D. Thomae expresse docentis fidem esse cum formidine, de facto autem componi art. illo 8. citato. Ubi cum sibi obiecisset hoc argum in hunc modum, videtur quod fides non sit certior scientia, dubitatio enim opponitur certitudini, sed scientia non habet dubitationem, cc ea quoque est scientia. Credens autem interdum potest pati motum dubitationis, et dubitare de his quae sunt fidei: ergo fides non est certior scientia. Huic argumento solutionem exhibet, Ad 2um ergo dicendum: quod illa dubitatio non est ex parte causae fidei sed quoad nos, ingicantem non plene assequimur ea quae sunt fidei. Ecce concedit D. Thomas arguenti interdum contingere credentem pati dubitationem, et assignat causam dubitationis eius imperfectionem intellectus nostri ad assequendum plene quae sunt fide credita. Ergo dementi ex expressa D. Thomae quia ponitur inutiliter vitaretur vanum dubitationem aliquam componi de facto cum fide supernaturali: ergo non est naturalis fidei supernaturalis excludere omnem dubitationem et formidinem.

Sit 3o: expressa manifesta quae nemo naturalis

potest.

poterit, nec ausus est negare D. Thom. Experiuntur enim fideles
etiam fidelissimi motus aliquos saltem indeliberatos, et praevenientes vol.
imperium, quibus fidem non destruunt, non enim sine pecc. prolabuntur fide quoad
hit, stante autem habitu, sicut achi conservabitur. Instat 2°: quia posset
fides innixa testimonio Dei probabiliter tantum cognito: ergo possibilis est vel
de facto datur fides supernalis admittens secum formidinem. Probatur cons.: quia
qui formidat de testimonio Dei, debet etiam formidare de veritate rei dictae
supponitur rem non aliunde quam ex testimonio Dei probari: at fides sup-
nalis versatur circa res a Deo dicto, quas cum formidine iudicamus dictas
ergo versatur circa res, quas cum formidine veras iudicamus. Ant. probatur: quia
revelatio probabiliter nobis cognita ut Dei: sufficit ad assentiendum fide Dei rei
revelatae. Praeterea applicatio universalis revelationis ad singulare, sub tamen pro-
babilis sufficiens ut credamus fide Dei supernali veritatem singularis, quam pro-
babiliter putas contineri in universali, ut supra diximus: ergo etc.

Ratio a priori est: quia quoties dubito aliquid esse vere a Deo
revelatum, et ego assequor illius revelationem factam a Deo veritate s., ex imperio
voluntatis possum eligere, et soleo assensum fidei Dei. quamvis assecutio revelationis
fuerit tantum probabilis. Exemplum sit: ex testimonio dies illos septem primor-
diales mundi de quibus Genesis 2° fuisse dies naturales et quales nostri vi-
ginti quatuor nempe horarum, idque significari sufficienter nomine dies 1, dies
2, ut multi censent esse de fide: iam vero supposita revelatione probabiliter tantum
cognita, actus credulitatis, quo mihi imperavi assensum creaturus rei a Deo
dictae, imperat credere Deo, quae mihi proposui dicentem dies illos septem
fuisse nostris aequales. posito imperio, credo, atque nemo negat. Illud est
discrimen, quod aliqui dicunt hanc fidem, qua credo fuisse dies nostris
aequales esse assensum naturalem. Credendo esse supernalem, quia actus credulitatis
imperans est supernalis, bonus, et meritorius, ergo, et imperatum non
est supernalis, cum feratur in obiectum verum, et vere a Deo revelatum, ut supra.
Resto quandoque fides supernalis actus esse si potest cum formidine, quia
indefectibiliter attingat verum, et consequenter sit certus intrinsece et essentialiter
certitudine quae habet et simpliciter est certitudo.

Cum his stantibus quod res nostrae fidei proposita ab ecclesia ut fidelibus
credendae sint credibiles indubitata fide hoc est, assensu fidei ita intrinsece firmo
adhaesivo ut excludat omne dubium, tam prudens quam imprudens
ab omni fidelis. Pro hac propositione probanda in memoriam revoca quod in supe-
rioribus saepe diximus in rebus etiam physice obscuris, esse aliquos assensus ita
firmos, ut physice excludant omnem dubitationem ab intellectu ita ut, et si voluntas velit
imperare dubitationem non possit. Vel saltem, esto illam imperet, intellectus nequeat
imperanti obedire admittendo dubitationem: ut in assensu quo credimus
qui Romam non vidimus esse Romam. Enimvero si quis exercendi liber-
tatis causa velit imprudenter dubitare an Roma sit, non poterit. Ita
ergo similiter assero motiva credibilitatis rerum supra posita, si bene expendantur a
viro prudenti, cogere ad assensum cuiusvis rei propositae ab ecclesia, ut physice talis
assensus excludat omne dubium etiam imprudens, et sic physice inseparabilis sit ab
omni dubitatione tam prudenti, quam imprudenti, propter firmitatem intrinsecam a dictis motivis
ortam ex intrinseca motivorum, ut patet, expensione.

Dices. quandoque credo fide humana Romam esse, scilicet
hoc actu nunc evidens, sub principiis sub quibus credo esse Romam, possibile est Ro-
mam non esse: at hic actus evidens dat rationem hanc dubitandi, fortassis Ro-
ma non est, et ego decipior: ergo quandoque fide humana credo esse Romam, pos-
sum merito dubitare an Roma sit. Maior est omnino certa: nam principia sub quibus
credo Romam esse, sunt horum testimonia, at cum his falsitas componitur Romam non
esse, sitque testes falsi: ergo etc. Minor probatur: quia dubitandi ratio erit ex
principio fallibili ut tali proposito. Respondeo: concessa maiori: negando minorem: nam quod
iudico possibile, dubitationis ansa sit, quia numquam fuit sine ulla formidine mi-
hi persuadeo. Ex amore, quo homines se ipsos amant, mihi persuadeo certo
omnem formidinem numquam venturam, ut unusquisque credit nullus crucis se
ipsum interficiat eadem hora. Et tamen id est possibile. Possibilum re ipsa evenire est possibile
et sine formidine iudico non venturum: non ergo actus evidens hic, hoc
est possibile inducere rationem hanc dubitationem, fortassis erit.

Quando ergo Patres, et Doctores Theologi predicant

fidem

12. firmum; certiss. et firmiss. nonnulla intg. miter. quasi dicant eg
et singulos actus fidei supernali. Cuiusq. fidelis etiã Rustici et im-
periti esse firmi eq securi nali ut excludant omne dubitõ. Ita
etiam ita nisi existimo cum plurimis Doctoribus. Ut potius dicendum sit fidē
supernalē ita quandoq. concipi a fideli, ut sit specialis cum formidine
et dubitatione prudenti apud ipsum. Neq. ex vi motivorum, quæ rudi proponuntur
fideli sufficiunt ad credendum revelationem mysteriorum fidei esse D. pru-
denter quidq. dubitaret: non enim sit necessario putari: ego imprudenter
dubitarem: ergo Rusticus imprudenter dubitaret. Asserunt qui Patres
res nostræ fidei sub talibus, tantisq. motivis proponi ab ecclesia credibiles
ut si pro merito tantarum rerum credant, credant fide firmissima exclusiva
totius dubitationis. Cum quo stat non omnes ab se expendere motiva
prædicta, ut excludant omnem dubitationem adeo modo, quo veras aliquo
dicere evidens, non quia ab omnibus evidenter cognoscatur, sed quia talibus
ipsis apta est probari, ut si pro merito eorum cognoscatur evidenter cognoscenda sit. v.g.
regula hæc dialectica: præmissæ naturæ nil concludunt, evidens dicitur, non
quia cognitio huius veritatis sit apud omnes etiam male dialecticos evidens,
sed quia a perfecte cognoscentibus ista quibus nihil evidenter demonstret.

Ex his colliges firmitatem adhesionis convenire fidei D.
supernali, sed non nali, et essentiali, quia potest esse fides D. supernalis
nec dat actus fidei firmissimus excludens omnem dubitationem pariter: ergo con-
venit fidei quandoq. certitudo adhesiva. Propterea datur posse esse, imo
actus compossibilis cum dubitatione: ergo excludere dubitationem non est naturale fidei D.
supernali, quia potest esse talis. Colliges præterea illum actum qui fuerit certus
certitudine adhesiva essentialiter fore certum certitudine prædicta; nam sit cer-
titudo hæc sit conceptus specialissimus fidei supernalis D. non tamen esse extra
conceptus huius actus, qui est fides D. supernalis: sicut intensio amoris ut
octo non est de conceptu specialissimo actus charitatis supernalis, nihilominus actus
charitatis intensus ut octo, essentialiter est talis intensio. Colliges 3°: quod asserimus
cum multis Patribus actus fidei supernalis formidolosum non esse fidem perfectam
non excludi rationem specialissimam quidditativam fidei supernalis tamen exclu-
dit ornamentum huius conceptus essentialis: sicut a [illegible]
dicitur imperfectus, non excludit aliqui [illegible]

aequat. et fralis; charitas S. spiritus ornamentis extensionis, quod de extra fralis, et aequat sepius charitatis supernalis.

Sectio 5.a

V. fides sit certior omni alia cognitione nali evidenti?

Nullum est apud me inconveniens, quod fides sit aeque certa, vel minus certa, quam aliae cognitiones supernales, unde cum his non comparo certitudinem fidei, quamvis comparari soleat a Theologis cum D. Thoma hic q. 4. art. 8. fortassis est minus certa, quam visio Beatifica, et quam reliquae cognitiones supernales evidentes. Dixi fortassis, propter rationes, quas subiicio in favorem dicendorum sequentium. Dico 1.o: si loquamur de certitudine adhesiva non est certior fides D. supernalis, quam scientia, et demonstratio nalis, potius est contra scientia et demonstratio certior est fide D. supernali. Loquor de certitudine adhesiva pure initiali, sive orta ex vi rationi, quam habet motivum fidei, et motivum scientiae ad persuadendum intellectum, seclusa certitudine adhesiva, quae potest intellectui provenire ab imperio voluntatis. Et ea quam dixi sect. 2. Praeterea loquor de fide secundum se sumpta et ex genere suo, non vero de facto actu fidei.

Probatur 1.o: 1.o ex D. Thom. art. 8. citato. Ubi concludit. Unde est quod fides est simpliciter certior, sed alia sit certiora secundum quid, scilicet quoad nos. 2.o probatur ex dictis: fides secundum se est compossibilis cum dubitatione aliqua saltem indeliberata, aliquando imprudenti: et scientia excludit secundum se natura omnem formidinem, et dubitationem imprudentem, etiam, etiam indeliberatam: ergo si loquamur de hoc genere certitudinis, certior est scientia secundum se nalis, quam fides supernalis secundum se.

Dices ex multis, et cum multis, unum ex duobus nandum esset, scilicet, deprimendae evidentiae nostrae, vel Mysterium fidei, potius esset negandum ... quam Mysterium fidei. Dico: hypotesim duplicem ... ... Si hoc enim ... ex ... ratio, et non ab ipsa ratione nali evidenti ... ... turanno. Contra: si ... ab ... ratione

nali

nali e ulaenti negare cum ē dubium, quia ubi veritas nalis evidenter non stare n̄ posset cum Mysterio revelato, ... ponderaret, potius nandum esset prij nali, quam Mysterijs fidei. Hinc autem n̄ colligitur Mysterij esse quod non certius, sed confessionem Mysterij esse praeceptam, et negationem prij nalis n̄ esse prohibitam. Certum autem ē in eo eventu in quo cogeremur unum ē duobus extremis nare, nos esse obligatos nare, quod sine peccato negare possumus, et fateri, quod sine peccato negare n̄ possumus, negare, inquam, externe, saltem cum aliqua aequivocatione vocum, ut vitetur mendacium; nam ad negandum ... assensum internum, nulla nos cogeret Tyrannica potestas, imò nec possemus obedire, si vellemus.

Sicuti loquuntur Authores de 2a hypothesi. In ea assero potius negandum esse Mysterium revelatum, et revelationem esse, quam prij nalis, quod supponimus nos omnino evidenter, et cum vera et formali evidentia. Probatur haec resolutio 1o: Mysterium, quod evidenter opponitur veritati evidenter cognitae, non est à Deo revelatum, imò evidenter constat non esse revelatum: At nullus tenetur credere quod evidenter vera evidentia cognoscit non esse revelatum: ergo in eo casu non esset credendum Mysterium, quod proponeretur, ut revelatum. Maior probatur: nam nulla vera opponitur veritati: ergo eadem evidentia qua constat veras prij nalis, eadem constat falsas Mysterij, quod evidenter opponitur veritati nali evidenter cognitae. Et hoc argumentum demonstrationem voco. Probatur resolutio 2o: quamvis homo vellet obedire adhibendo fidem Mysterio revelato physice, et metaphysice non posset. Probatur quia assensus evidens vera et formali evidentia nullatenus ē subiectus libertati: ergo quamvis homo vellet deponere assensum veritatis nalis evidentem n̄ posset: n̄ ergo teneretur deponere. Nullum enim obligatio cadere potest supra actum liberum.

Dico 2o: Si loquamur de certitudine indefectibilitatis à vero metaphysicae, nullus ē actus certior alio, quia nulla ē indefectibilitas huius generis maior alia. Unde in hoc genere certitudinis actus fidei ē aeque certus ac actus scientiae, et demonstrationis nalis. Probatur 1o: haec indefectibilitas consistit in connexione essentiali actus cum suo obiecto orta ex parte essentiali determinatione ad eliciendum actum verum: at connexio essentialis et metaphysica duorum extremorum n̄ potest esse maior in his extremis, quam in nalis: ergo ... Sive connexio cum obiecto vero, metaphysice nequit esse maior in actu fidei ... actu

sele naths, nec e contra. Minor pr: quia necessar Jnexionis actus hu cu obto, e tanta, quanta impossibilitas separois ab eod obto: at nulla e impossilitas maior alia. Siquidem nulla e sadicho exmrory maior alia, tanta enim e sadictio in eo quod, dbt actus fidei sit, et non sit. quanta e si dbt sele sit, et n sit: tanta e sadictio si actus fidei essalit Jnectar cu obto, et non Jnectar cu obto, quanta e si scia Jnectar, et n Jnectar obto. go necessar Jnexionis metaphy actus fidei cu suo obto, tanta e, quanta e necessar Jnexionis metaphy actus scie cu obto. qo et certitudo equalis e in utroq actu. Siquidem certitudo nil aliud e, quam necessitas Jiunctionis actus cu obto, et impossilitas separois.

Disp.o 3.a

de obscuritate fidei.

Sectio 1.a

An fides supernalis ex motivo suo proprio evidenter proposito possit elici?

Suppo 1.o de facto actus fidei secluso speciali privilegio e obscuros, loquor de his, qui prisse innituntur revelei, et motivo proprio fidei, qui eiusdi actus innituntur revelei obscure propositi: evadunt go obscuri: nam quoad evidentiam, et claritatem nil supplet habitus supernalis, et quamvis supleri posset per illustroem D. adhuc de ordinario providentiam n supplet, ut maneat fides de Apostoly argum n apparentium. Unde relinquit obscuras fidei legibus nl. de quas actus innitens premissis obscuris, L. altem salt obscure, obscurus evadit. Suppo 2.o hanc q. et sabulosis tris tradidi a Dotoribus: An videlicet repugnet fidei evidentia in attestanti. hoc est, an fides possit esse evidens evida orta ex attestatione alterius infallibili evidenter cognita? Certe duplex genus evide; alia qua cognit res per prla intra a priori, l. a posteriori, vocant autem prla intra causas, l. effectus, ex quibus res demo... a nec vora a ote demonstro sit a priori, demonstr. post. q. ... ... alia e evida, qua res cognit per

alia

ista extra, quale e diving alteri. Ex quo res demonstrata tum nullo omnino intra habet, nec a priori, nec a posteriori.

Praeterea suppono 3°: scilicet obscurum esse aliud esse obscurum, sicut actus clarus, et evidens esse aliud evidens. Aliunde ergo non est an actus obscurus proprius fidei idem possit esse evidens: sed an repugnet fidei secundum se evidentia orta ex motivo proprio fidei evidenter noto. Suppono 4°: actum quamvis obscurum claritatem aliquam habere, debes enim aliquam considerare claritatem cognitionis ad modum illuminationis, qua corpus diaphanum, aer lucidus reddit. Non enim est actus obscurus prorsus, quod non habet tantum lucis carens, sed etiam quando habet tamen lucem in gradibus remissis, et caret intensione lucis. Vocamus ergo obscurum aerem, qui ad 4 gradus tamen lucem recipit: quod si ultra 4 gradus illuminetur, absolute clarus est. Itaque philosophari debet de obscuritate cognitionis. Cognitio obscura, qualis est fides, aliqualis lux est, ideo vocatur in Sacra Scriptura lucerna lucens. Cui benefacitis, attendentes tamquam lucernae lucenti in calliginoso loco, donec dies illucescat: aiebat Apostolus. Vocatur ergo obscura fides, quia lucem habet non supra 4 gradus: cognitio ergo excedens 4 gradus lucis, id est cognitio absolute clara, et evidens.

Dico 1°: non repugnat fidei ex conceptu talis claritas, sive evidentia. Probatur. Nam: possum cognoscere evidenter, si verum Deum infallibilem in dicendo tum hic, et nunc mihi loqui Incarnationem Verbi: in hoc casu cognoscerem fidem evidenter evidentia in attestantis: ergo non repugnat fidei huiusmodi evidentia. Maior est omnino clara, minor probatur: ex duplici premissa ponente evidenter Authoritatem Dei et revelationem, oriretur naturalis cognitio evidens conclusionis a Deo dictum: ergo tunc conciperem fidem evidenter. Antecedens: illa duplex premissa naturalis induceret in me assensum rei dictae: at assensus rei dictae et esset fides, et esset evidens evidentia in attestanti: ergo intentum.

Quod autem assensus ille Incarnationis esset fides Dei probatur, quia assensus fidei Dei est qui innititur Dei veritati et testimonio illius infallibili: at assensus praedictus ex utilitate premissarum, niteretur Dei veritati et testimonio illius infallibili, tamquam motivo proposito per premissas evidentes: ergo assensus praedictus Incarnationis esset fides Dei: quod autem esset evidens per qualitatem ... premissis evidentibus, et evidenti cognitione de ...

evidens: at premisse forent evidentes, et tertio de bonitate illationis foret evidens: ergo et secundo foret evidens. Imo et quodcunque actus illius fidei evidentes per motivo proprio fidei evidenter proposito, etiam et quia certe a motivo obiectivo evident per premissas proposito, quod est proprium fidei, scilicet authoritas et revelatio: hoc ergo intendimus: si viatori dubito apud Deum, an habitus supernaturalis fidei, qui de facto in nobis est, concurreret ad illum actum fidei evidenter evidentem in attestanti?

Proque dico 2°: habitus fidei supernaturalis, quo de facto donatur, potest esse concurrere ad actum fidei evidentem attingendum ex authoritate, et revelatione evidenter proposita, quin esse praedicta ratio assumpta habitualis: probatur quia indifferens est ad actum fidei innitentem revelationi obscure, et revelationi clare. Probatur 1°: quia habitus fidei donatur unaliter pro fide attingenda, donatur enim per modum cuiusdam potentiae superadditae intellectui, ut elevet potentiam naturalem intellectus ad producendum supernaturalem actum, quem sibi relicta, nullum tamen produceret: at actus fidei Dei secundum se per quae indifferens est ut habeat pro motivo revelationem obscure, et clare propositam: ergo etiam habitus per quae est per se ad utrumque actum. Probatur 2°: quia habitus infusi solum differentiam ex obiecto motivo virtutis: atqui ut eius motivum virtutis aequaliter potest concurrere revelatio obscura, et clara, in eodem motivum est, quandoque obscure, quandoque clare proponitur: ergo habitus quae tenderet potest in actum, qui habeat pro revelatione obscura, et clara. Probatur consequentia: ergo ubi actus conveniunt in eodem motivo virtutis, potest ad utrumque habitus supernaturalis infusus aequaliter concurrere.

Probatur 3°: actus obscurus, et clarus, quamvis essentialiter distant, differunt in sola intensione claritatis, quae apud me non est differentia materialis ut alii vocant, sed essentialis, tamen ignoto differentiam materialem sub eadem specie infima: at sicut dentur fortius vegetativus: differunt ergo sicut magis et minus clarum, sicut perfectius, et minus perfectus: at non datur alius habitus supernaturalis per actum minus intenso, et alius pro magis intenso, nec alius pro remisso, et alius intenso: ergo habitus supernaturalis fidei datur aequaliter per actum fidei innitentem revelationi obscure, et revelationi clare. Minor probatur: quia non datur alius habitus supernaturalis charitatis pro actu remisso charitatis erga Deum

et altius intenso, sed unus, et idem actus ad utrumque ... Ergo etc. Patet denique 4°: quia non datur actus habitus pacti quinitur revelationi publicae, et actus proxime quinitatur revelationi privatae. Ita quod me fert probabilior opinio: ergo nec datur actus quinitatur revelationi clare propositae.

Sectio 2ª

An possit actus fidei esse clarus ex motivo clare proposito distincto ab Authoritate et revelatione?

Subsectio 1ª

Explicatur difficultas, et eligitur affirmativa sententia

Supponendum est 1°, quod satis ex dictis liquet, obiectum formale motivum proprium fidei, qua talis esse solum Authoritatem Dei revelantis. Suppono 2° praesentem difficultatem enodandam dandum esse Authoribus, quibus cum disputamus, fidem exigere essentialiter revelationem obscuram, cui innititur (voco obscuram, non quatenus obscura sit, sed quia obscure proponitur); ita ut non solum fides, ut talis essentialiter petat fieri ex revelatione movente, sed etiam ut in dictis ... obscurum revelationis. Suppono 3°, quod subsistit agitata plane coincidere cum illa, quam ... discutiunt sub aliis ...: an idem actus possit esse scientia, et fides? fides quatenus innititur revelationi obscure, et scientia quatenus solum innititur principio evidenter cognito, sive per se immediate noto, sive per demonstrationem acquisito?

In hac difficultate duplex est sententia. 1ª negat. Ita expresse P. Suarez de fide d. 3 sect. 9. Torres d. 12 d. 1. Tassellus 1 p. q. 12 Meratius d. 14. Granad. 2.2 d. 7. et alii plures, et nobiles Theologi. 2ª sententia affirmat. Ita Cardin. de Lugo disp. 2 sec. 3. P. Hurtad. d. 3 ... de fide. Ripald. d. 12. Arriag. disp. 4 sect. 2. et alii Recentiores, et ex antiquis Durand. Capreolus, et alii. Cum his dicendum est posse unicum, et eundem actum internum fieri ex motivo fidei obscure proposito quoad revelationem, et ex motivo scientiae, ita ut proprie, et vere sit necessario sit fides ... et scientia ... Idem ... exemplo gratia loquamur de una veritate (Deus est immortalis) assero scilicet posse intellectum moveri ad huius veritatis assensum ex connexione terminorum ... apprehendat Deus, et immortalis: et simul ex locutione Dei ... asserentis ...

esse immortalis. Addo int his motivis instruct. Alterius natio unicu assu qui sub foret fides, et scia, quia in ipsis reperibu[ntur] motivo proprio aquato fidei, et motivo proprio aquat[o] scie

Dico pt: pre intus pre concipere aprehensionibus suff[icien]ter suasivis, et evidentibus connexione tot[ius] extremor[um] Deus, immortalis, et sub premissis iudicativis Deum summe veritatis desertorio dicere immortalitate tunc conciperet unicus, et idem indilis assus D. immortalitatis, qui sub esset fides, et scia. Maior est evidens, et minor pt: quia tunc aprehensiones predicte sufficienter detrarent int[ellectum] in assu immortalitatis, pt: quia connexio horum evidenter per aprehensionem proposita, detrat int[ellectum] natio in assu uni alteri copulanti: ergo aprehensiones extremor[um] Deus immortalis, evidentes forent detrarent int[ellectum] natio in hunc assu, Deus est immortalis, nec posset non detrare, quia intus con[tra] veritatem evidenter propositam, est causa natura, et natis assus [illegible] standi. Preterea premisse iudicative, et obscure proponentes Authoritatem revelantis, similiter natio detrarent, vel cum connexione evidenti bone illationis int[ellectum] in assu quia in premissis obtutis, quas intus iudicat esse veras, evidenter cognoscitur veras immortalitatis D. et consequenter suppositis premissis iudicativis est evidens intui non posse non esse verus D. immortalitatis: ergo suppositis premissis, natio detrat intus ad assu D. immortalitatis.

Quodam illa due causae esse totales movendi, detrandi que int[ellectum] in actu 2º ambe detrarent, nec una aliam impediret, pt: quia utraque manifestat intui eandem veritatem, cui intus debet assum prestare: ergo una potius adiuvat aliam, nec impedit, quodam in eundem assum numero et valde indistincte illa utraque influeret: pt 1º: quia utraque manifestat intui eandem veritatem dignam assu, et rationem transit in eundem assum. Pt 2º a simili: quia in eundem [illegible] eodem motu locali acquirendum impellit corpus a duplici pliciente: ergo idem intus potest impelli a duplici motivo reali in eundem assum eiusdem veritatis. Pt 3º: quia volas moveri potest a duplici motivo secundum se aquato in eundem actum ellectionis, et potest amare potionem propter dulcedinem, et sub propter sanitatem tuendam: ergo intus moveri potest a duplici motivo reali, quorum unum [illegible] secundum se aquatur in eundem assum eiusdem veritatis.

[illegible] illa foret sub fides et scia pt: quia assu

